



- Oratio de passione Joannis Gersonis
- Modo viuendi Jo. Gersonis.
- Carmina prosa & rithmi in laude pudicitie sacerdotal. & q̄ exasperate concubitus habitū scandalosissimū
- Esopus moralisatus
- De Lanijs & phitomis in dicitibus
- Tract. Con querentes auxilium a maleficijs
- De Institutione clericorū. Rabani
- Oratio sanctissimi patris pontificis. Hispanici & venetos
- Instructio in charta itineraria Europe.
- Oratio pro concilio lateranen. Ang. Anacozite
- De vita & moribus Episcopū alioq; prelatorū & principū
- De vera nobilitate opusculū
- Antisemitij & Conubiaz non absoluentij
- Ludus Studentij friburgensij

Theologie

P. d. 267

N. VI. 225. 460.




Constantiniana doctrina

Jean de Sermonis de doctrina


et de doctrina

in doctrina

et de



11. 21. 11. 11.



**Oratio sanctissimi federe**  
**ris initi inter pontificē: Hispanū**  
**et Venetos. habita Rhome tertio**  
**Nonas Octobris Anno undecimo**

**Breve Julij secūdi pon. max. ad**  
reges duces et principes christianos: in quo continentur potiores  
Licet plures sint alie cause privatiōis cardinalium hereticorū Scis  
maticorumq̃.

*Scimus Dno Dextero Vobis  
Rushygeri offer*

**Prestantissimo viro dño Sunthe  
ro de Hunaw pthonotario apo-  
stolico / Decano Neumbergenſi zc.**

**Doctor Scheurlus.**

Orationē de federe inter pontificē / Hispanū et Venetos inito /  
nup in urbe habitam / z reuerēde paternitati tue miſſam Martino  
Herbipolenſi librario politiciffimo tradidi tranſcribendā / vt ita tibi  
vni miſſa / multis legeret / quaten⁹ aut libell⁹ ipſe in iuſtā magnitu-  
dinē excreſceret / additū eſt dyploma illud apoſtolicū / vulgo breue  
appellāt / quo Cardinales / qui conciliabuluz indixerant dignitate  
priuant et honorib⁹ deſtitunt / quicquid hoc eſt / tu boni conſule z  
me vt facis ama . date Lipſi decio qnto Calendas Januarias An-  
no a reconciliata diuinitate Vndecimo .

# Oratio Maximi Coruini Parthe

nopai. Episcopi Eseruicn. Scitissimo Julio. ij. pōt. Max. dicta.

**O**mn in omni oratiōe: que inter sacra z cerimonias Be  
atissime pater dici psuevit: dicēdi initiū Deo opt. max  
magneq; genitrici semp v̄gini / coeli Regine / grauis  
morū Oratorū officium rite dicauerit: ea dūtarat ratiōe

q; nemo mortaliū ( nisi diuino numine adiutus fuerit ) quicq; de se  
promittere posset: hodierna die mee oratiōis / ne dicam initiū: sed  
cetere partes: imo ipsa etiā memoria z actio a me consecrari debēt.

Quis em̄ in tanta rerū silua subito pfari queat? Quis de tanta ce  
lebritate absq; diuini luminis auxilio: qd spiritū sapientie z intelle  
ct⁹ oranti subministrare solet: breuē dilucide z ornate dicere possit?  
maxie corā te summo toti⁹ orbis terraz patre Beatissimo: cui⁹ sa  
pientia celo connata est: onus quippe atq; puincia meis viribus  
impar. Sed me tua sancta iussa / tua diuina oracula ( que seruare  
religio sum / detractare nefas est ) ad dicendū quocunq; possem ora  
tionis curriculo impulerunt.

¶ Dicēdū est igitur de scitissimo Foedere: quod tandē diuino numine  
a tua sapiētia pfectū: atq; a tua Scitissima maiestate cū Ferdinā  
do catholico Rege potētissimo / de hac Apostolica sede semp bene  
merito: z inclita Venetoz republica. Kal. Octobr̄ in senatu tot  
amplissimorum patrum sancte sancitum fuit. Quod quidē opto /  
ac perpotentē deum suppliciter precor: vt in primis Scititati tue z  
huic apostolico Imperio: inde Ferdinādo catholico Regi: Vene  
torū reipub. ac fideli z christiano populo faustū fortunatū feliq; sit.  
Quo igit diuinit⁹ sancito / cū Scititas tua in hoc gloriosissimo die  
more maiorū supplicatiōes Deo opti. max. ac diue genitrici: que  
huic templo preest / rite et sanctee decernendas durisset: sacro mihi  
iussit oraculo vt meo ore propalam mortalibus fieret.

¶ Cuius quidē sanctissimi Federis multe magneq; sunt rationes.  
Nam cum tu Pater beatissime: qui diuini nois obseruator: chris  
tiane religionis cultor / ac hui⁹ sacrosanctae Sedis vindex maxim⁹  
semper extitisti: supiore anno populos Ecclesiastice iurisdictionis  
superbissima Tyrannide / z amaro seruicio: quibus per tot annos

premebant: liberare instituisse: Plerique Tyranni/multiq; seditio-  
sissimi mortales/tam profani qm sacri ne quicq; ordinis (qui de via ca-  
liginosa et perditata ferunt) omnes tuos conatus / conuersionis etiam  
inter se animis et viribus retardarunt. Unde cum maxima detrimenta  
huic sacrosancto apostolico Imperio intulissent: et adhuc damna-  
ta in heresi pertinaces herere videant: hoc sanctissimum Foedus (in  
quo alij potentissimi Principes hactenus nominabant) inter Sancti-  
tatem tuam / Ferdinandum catholicum Regem / et reipublicam Venetorum  
solenni ritu ictum est.

¶ Primo pro salute presidio statu atq; libertate tam Sanctitatis tue  
qm huius Apostolici Imperij: ne quid detrimenti amplius patiat. In-  
de ut iura / munia / oppida / Civitates et loca Ecclesiastice iuris di-  
ctiois que huic sacro Imperio / imo Ihesu Christo / humani generis  
redemptori / hostes nimis superbe et auare non sine dolo malo eripuerunt  
recuperent. Postremo ut Tyrannorum atq; seditiosissimorum animis  
qui furore agitantur / atq; ab una sancta catholica et apostolica Ec-  
clesia dissidere vident: aliqui ad sanitatem redeant: ne superbissimi Lu-  
ciferi ritu / aut Gigantum more aduersus prepotentem deum amplius im-  
pios conatus moliant: sed penitentia ducti / tranquilla in pace reside-  
ant. Pro cuius quidem sanctissimi Federis vel defensione vel presidio pug-  
nare summa virtus / mortem oppetere gloria et vita est sempiterna.  
Et vero laudant diuturna memoria Lacedemonij: qui pugnan-  
tes aduersus vim et iniuriam Persarum / aduerso pectore vulnera acce-  
perunt. Dinantur eximia laude Rhomani: qui pro patrie charitate con-  
tra perduellem Antonium fortiter occubuerunt. Anteferent quidem  
omnibus: qui pro Apostolico Imperio / pro hoc sanctissimo Foedere  
seruando / atq; pro illa perniciosissima heresi / et portentissima seditio-  
nis bellua extinguenda constantissima fide pugnabunt: quibus non mo-  
numenta / non honores / non merita / non laudes sempiternae / non suppli-  
cationes deerunt: quos ego / cum fortissimos et victores fore existimem: non  
minorem gloriam fortiter occubendo / qm nauiter viuendo / consecuturos  
iudico: quando fortissimus quisq; pro Ihesu Christo / pro eius Vica-  
rio / pro catholica ecclesia / et pro christiane reipublice salute pugnare  
debet: de quibus in hoc sanctissimo foedere magnis conatibus agitur.  
Verum enim vero quis de huius sanctissimi federis victoria atq; felicitate



te dubitare potest: cum hoc diuino consilio inceptum / sapienter con-  
sultum / caste iuratum sit: et hodierna die inter sacra et ceremonias san-  
cte celebretur. Quin etiam cum tuam Beatissime pater castam et integerrimam  
mentem considero: que diuini ignis amore percita: que erga christianum  
populum magno charitatis ardore incensa: cum pro Apostolico im-  
perio semper spirituale martyrium subiisset: toties tot periculis et labo-  
ribus vltro sese exposuisset: nulla vnquam egritudine / nullo incommodo /  
neque fortuna retardatus es: et cui cum hoc ipsum Tyrannidis ac sedi-  
tionis nomen per ecclesiastica libertate / per christiane reipublice pace sem-  
per inuisum fuerit: omnia quecumque futura sunt / diuino numine /  
diuina iusticia / et tua diuina potentia atque virtute (quam super-  
simillimam iudico) gloriosa et serena fore decerno. Cum gesta Ferdinan-  
di catholici Regis tota mente tepeto: iam tanti principis summa  
et heroica virtus: que semper apostolicum Imperium fortiter tuens  
dum darit: que semper contra hostes christiani nominis acerrime  
pugnauit: vnde tot vires / tot populos / tot puincias / tot regna  
christiano Imperio subiecit: adeo ante ceteros Reges (vt pace om-  
nium dixerim) immortalem gloriam sibi comparauit: vt certam no-  
bis victoriam pmittat. Quid de constantissima Venetorum republica  
dicam: que tum per tot annos / tum terra / tum mari Turcarum im-  
petus ab Italia vastitate prohibuisset: superiore anno auxiliares co-  
pias misisset: hoc etiam tempore omnes suos conatus pro huius  
sanctissimi Foederis presidio non est intermissura.

¶ Ceterum / cum Tyrannorum atque seditiosissimorum hominum: qui huic  
Apostolico imperio impie insensum sunt: naturam mores et facta com-  
memoro: cum eorum animos: qui in consilio impiorum vsantur: et in  
cathedra pestilentie sedere admittuntur / in mentem duco: cum tot  
monstra / tot prodigia et tot portenta: que in eorum capita ferri  
visa sunt / perquiro: que etiam Moses et summi sacerdotes in ve-  
tustissimis monumentis non aspernati sunt. Jam iam illos consci-  
entia delictorum agitato / iam tot monstris perterritos / iam incer-  
tos / deiectos / vanos / denios / et inter se dissidentes fluctuare vehe-  
menter intueor. Denique cum prepotentem deum: qui hanc sacratissimam  
Sedem sibi elegit in terris: atque eandem per te Sanctissimum pa-  
trem suum legitimum Vicarium regere voluit / mentis et animi lumen

A. iij.

minibus suspicio. Illum ipsum sublimi in maiestate / altera manu  
sanctitatem tuam / et hoc sacrosanctum Imperiū protegentem :  
altera ignita tela contra seditiosissimos hostes vibrantem video.  
Quapropter nihil verendum / nil dubitandum / quin hoc sanctissi-  
mū Foedus : quod iustis et magnis rationibus inchoatum / summa  
pietate et sapientia consultum / sociorum fide et virtute iuratum /  
tua Sanctitate sancitum / et diuino numine atq; auspicio celebra-  
tum : faustum fortuna tum felixq; futurum sit.

¶ Infinite Oratiois mee / vos Presides custodesq; huius sacri Im-  
periū magnos Apostolos : Teq; imprimis deum optimū maximū :  
Teq; etiam coeli Reginam oro imploro atq; obtestor : vt Sanctissi-  
mū patrem Iulium .ij. Pontificem maximū : Ferdinādum Regē  
catholicum : Rempublicā Venetorū : ac ceteros fortissimos Prin-  
cipes pro Ecclesiastica libertate / atq; perniciosissima seditionis pe-  
ste extinguenda : in hoc sanctissimū Foedus euntes : incolumes vi-  
ctores foelicesq; diutissime seruetis. DJXJ.

## Julius PAPA Secundus.

Charissimo in christo filio nostro Maximiliano Electro imperatori semper Augusto.

**Q**uoniam charissime in christo filio nostro salutem re. Hodie in publico consistorio matura prius deliberatione cum venerabilibus fratribus nostris. S. R. E. cardinalibus habitata. Bernardinum episcopum Sabinen. Guill. episcopum Prenestinum. Franciscum tituli. S. Nerei et Archilei: ac Rhenatum de Prætituli sancte Sabine presbiteros Car. galetio Cardinalat. honore titulis/ insignijs/ priuilegijs/ voce etiam actiua atq; passiuu/ Patriarchalibus quoq; Metropolitanis et alijs ecclesijs quibus presunt: necno monasterijs dignitate etiam episcopali et alijs beneficijs ecclesiasticis quibuscunq; que in titulu vel comedam seu queuis alio modo obtinent priuauim. Et illa ac alia in posteru obtinenda in habiles declarauim/ ab omnibusq; christifidelib; euitari. Et pro cardinalibus deinceps no haberi et nominari debere decreuim: tanq; hereticos Scismaticos. Et criminis lese maiestati reos/ iustissimis quide necessarijsq; de causis. Quas etsi credim. M. tue magna ex parte notas esse: vt tamen notiores sint rem a principio repetemus: Liberata per nos a Bentiuoloꝝ Tyrannide inclita ciuitate nostra Bononie. Et ad veru iusticie cultu pacisq; vnitatem redacta recuperatis etiam Quinq; opidis Romam diole ciuitatibus: quas Veneti a patrimonio beati Petri distraxerant. Et de facto atq; indebite occupabat: Ciuitate quoq; nostram ferrarie ad immediatam obedientiam. S. R. E. ad quam pleno iure pertinere redigendam putauim: vt omnibus reb; in regione illa pacatis. Et ad iusticie cultu redactis/ citius et liberius sanctam expeditionem pro salutifere crucis hostes/ in qua omnes cure cogitationesq; nostre versant inchoare/ et continuare possemus. Quod negotiu paucis diebus videbatur confici posse. Nam post priuationem Alphonsi Esten. Ciuitate illius occupatoris consistorialiter factam. Mutien. se ab obedientia ei; subtraxerat. Et ferrariem nos et nostros auide expectabant: vt fructu ecclesiastice libertatis quemadmodu Bononien. et alij popli. S. R. E. immediate subiecti perfrui possent. Oderant em alphonsum ipm qui

onerat quottidie nova onera imponebat: vectigalia augebant: et  
ipsoꝝ sanguinē emūgebat. Ab urbe itaq; Rhoma Bononiā vsus  
iter ingressi / omnes venerabiles fratres nostros. S. R. E. Car. mo  
nuimus / vt nos p tante urbis recuperatiōe p q; augenda dignitate  
sancte Apo. sedis euntes comitarent vel sequerent: quod maior et  
sanior pars eoz promptissime et obediētissime fecit Quicq; tñ exce  
ptis / qui diuerso ab alijs pfecti itinere Florentiā priō deinde Pisas  
Et in Lombardia se ptulerūt. Licet a nobis nulla iniuria affecti /  
sed honorib; et puentibus aucti. Et ad veniendū Bononiā mitis  
simis litteris nostris / ac nuncijs vocati fuissent. Vbi vō Medio  
lanū puenerūt / in nos cōspirantes / et de concilio indicendo. pñitio  
soꝝ Scismate inchoando p filia ineuntes / Oppugnatores. S. R.  
E. hortari vehemēter ceperūt / ad psequendū nos / occupandumq;  
ac lacerandū eiusdē. S. R. E. ciuitates cuius rei certissimū et ma  
nifestissimū argumētū fuit / q; cū nos post rebellionē Bononiē. de  
trimentūq; exercit; nostri Arimini essemus: nec nobis facultates  
vllas suas vt ali; veri boniq; Car. fecere / pro resarciendis tot dam  
nis obtulerūt / nec vllū cōsolatiōis gen; adhibuerūt: sed tanq; rem  
optatissimā psecuti. Nos ad pñitiū p eos temerario ausu / pperāq;  
indictū vocare ausi sunt / Citatiōis cedulis in valuis editū in quib;  
residebam;. Et plurib; alijs locis affixis vt auerteret merore nostrū  
Que et si erant graui ad aduersiōe digna / nos tamē nō cōmouerūt  
In bono em̄ malū vincere cogitabam;. Itaq; in almā urbem reuer  
si / de recuperatiōe Bononie. Et inchoanda scitissima expeditiōe ce  
pimus cogitare: Car. vero ipsos nec verbo nec scripto lesim; aut  
vlla alienati ab eis animi nostri signa dedim;: passis em̄ brachijs  
et obujs vlnis / eos ad nos redeuntes / et veniā erroris perentes / re  
cipere parati eram;: de eozū reditu magnū gaudiū pcepturi Juxta  
doctrinā Saluatoris nostri p parabolā filij pdigi in euangelio in  
troductā. Sed cardinales pdicti in reprobuū sensum dati / leuitatem  
et mansuetudinē nostrā pro metu interpretantes / mala malis / quoti  
dīe addiderūt. Principes christianos cōtra nos incitare nō desit  
erunt. Complures etiā diuini legis peritos. Et iuris pontificij ac  
civilis interpretes ad se allicere sunt conati / adeo vt nobis necesse  
quodāmodo fuerit / cum consilio eorundē venerabiliū fratrum nō

Stroz. S. R. E. Car. illos monere / sub priuationis pilei et alij gra-  
uiorib⁹ penis / ut capiti se reuinceret / ad nos rediret et errorem veniam pete-  
rent. Qua in monitione etiam valde clementes fuim⁹ Terminū enim  
30. dierū illis p̄fixim⁹ : in quo vel ab india reddere quodammodo po-  
tuisſent . Et deinde nō minori clemētia p̄fixum tēpus ad .15. et po-  
ſtremo ad dies octo alios progauim⁹. Sacroq; collegio eorundē .  
S. R. E. Car. p̄miſim⁹ ut fidem publicā et ſaluū cōductū Scis-  
maticis ipsis daret . Promitterentq; qd nos / ſi rediret / ut veniā pe-  
terent in eadem dignatiōe et grā reciperem⁹ qua ante eorū diſceſſus  
erāt Expectabam⁹ qd tanta manſuetudine allecti / et impunitate  
erroris p̄poſiti eſſent ad nos redituri . Vex cū iam vltimū termī ſi-  
nis inſtaret non ad nos ſed verſus Piſas cuz armatorū p̄ſidio ſunt  
p̄fecti : celebraturi ibi deteſtabile et damnatum eorum Concilia-  
bulum / Si florentinus popul⁹ / qui multo ſanguine ac ſudore mar-  
imīſq; laboribus ac diſpendijs Ciuitatem illā recuperauerat / eos  
et armatos milites in ea ciuitate recipere voluiſſet . Auſi etiā ſunt  
Segūctū vſq; citationis cedulas mittere / ſi forte gentē illā catholi-  
cam veneno tam pernicioſi Scismiatis poſſent inſicere : Sed deo  
volēte / hac quoq; ſpe et conamine fruſtrati ſunt . Cariffim⁹ em̄ in  
chriſto filius noſter . Ferdinand⁹ Aragonū et vtriuſq; Sicilie rex  
catholicus / eos qui huiuſmōdi aſſiriōis teſtes fuerunt / Laycos vi-  
delicet per laycos Eccleſiaſticos vero p̄ venerabilē fratrem Joana-  
nem Ep̄iſcopū Britonoriē . noſtrum et apoſtolice ſedis in Hiſ-  
panijs Nūcium capi et puniri mandauit : et prout ille etiā noſtro  
p̄miſſu fecit . Quibus rebus cognic⁹ nos conſiderātes qd error cui  
nō reſiſtitur approbatur et quod mala naſcentia priuſq; corrobore-  
tur facilius euellūtur quodq; de non ludicris et parui momenti re-  
bus / ſed munitate ſancte Ro . eccleſie pace et quiete toti⁹ reipubli-  
ce chriſtiane agitur / in eoſdē Scismaticos qui benignitate noſtra  
abusi ſunt et maledictionē p̄ benedictione voluerūt / gladiū ſeueri-  
tatis apoſtolice exercuim⁹ / et eoſdē priuauim⁹ ut preferē . priuati  
enim auctoritate minus reipub . Chriſtiane nocere poterūt : et alij  
horū pena admoniti conſilia in melius vertent . nulluſq; poſt hac  
inuenietur qui talem inſaniam imitari velit : Que om̄ia maiestati  
tue ſignificanda duxim⁹ ut Bernardinū Guill Franciſcū / et Bhe



natū p̄dictos deinceps p̄ cardinalibus nō habeat. nec cardinales  
scripto vel verbo apellet / Sed eos a se reijciat / et a suis sub  
ditis ubiq; faciat evitari : Quod maiestatem tuā pro sua maxima  
erga deum pietate et sancte . Roma . ecclesie devotione et charitate  
facturam non dubitamus . Datum Rome apud sanctum Petrū  
sub annulo piscatoris die vicesima quarta octobris . Millesimo  
quingentesimo vndecimo pontificatus nostri Anno octavo .

Sigismundus

## Similima.

Charissimo in christo filio nostro Ludovico Francorum regi  
Christianissimo .

Charissimo in christo filio nostro Ferdinando Aragonum et  
vtriusq; Sicilie regi Catholico .

Charissimo in christo filio nostro Emanueli Portugallie et  
Algarbioꝝ regi illustri .

Charissimo in christo Henrico Anglie regi illustri .

Charissimo in christo filio nostro Vadisleo Vngarie et Bohemie  
regi illustri .

Charissimis in christo filiis nostris Joanni regi et Katherine  
regine Navarri illustribus .

Charissimo in christo filio nostro Sigismundo Polonie regi  
illustri .

Dilecto filio nobili viro Carolo Duci Sabaudie

Dilecto filio nobili viro Leōhardo Lauredano duci Venetiay.

De mandato p̄fati magnifici domini Secretarij Impressi ego  
Jacobus de Marzochis .

Impressum Lipsk per Martinuz herbipolensem Librarium  
elegantiss . politicq; .




Gloria hinc  
 Illud Romanorum  
 Ingleuist Tentorum  
 Firoribus Francorum  
 Pompeus Hispanorum  
 Luxuria Sacrorum  
 Divitia Indorum  
 Christus Sclavorum  
 Ingenium Lombardorum  
 Francus & doli florentinorum  
 et plura aliorum

Et Astantio Imperatorum










Ink A 20





Farbkarte #13

B.I.G.

sanctissimi sede

pontificē: Hispanū  
habita Rhome tertio  
bris Anno undecio

serūdi pon. max. ad

christianos: in quo continentur potiores  
se priuatis cardinalium hereticorum Scis  
tico:umq.

*Handwritten signature in cursive script, possibly reading "Dno Antonio ..."*

